



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 15. Notariis conservatorum, an salaria debeantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Varii. C. tit. de sportulis, seu salaria assessorum debent librari & æqua pensari et tunc qualitate causæ partium conditione præstantia assessoris denique consuetudine loci gloss. d. §. assessorum argum. l. i. §. in honorariis ff. de variis & extra ord. cognit.

Q U Æ S T I O D E C I M A Q U I N T A .

Notariis Conservatorum an salaria debeantur.

S U M M A R I U M .

- | | |
|---|---|
| 1. Notarii Conservatorum exigunt salaria. | 3. Notarios quis designare possit, & qualis causis qua aguntur. |
| 2. Notariis obstat præsumptio maleversantis in officio. | 4. Illegitimus & male affectus an possit esse notarius. |

1
2
N ULLA ratio est cur exigere non possint, sed ita nemodum excedant, d. cap. 1. in sum. §. Notarios Imbert. inst. Forens. lib. 1. cap. 6. gloss. verb. Aterces, in quo cum saepe culpandi sunt. Imbert. d. loco Guil. obs. 104. numer. 6. lib. 1. ob culpam frequentiam adversus eos voracitatis præsumptionem jura induxerunt. l. i. C. de numerariis lib. 12. Lucas de Penna l. quemadmodum versarios C. de agric. & censu lib. 10. per l. Pen. C. de privileg. eorum qui palat. militum, Jacobi in sua practica tit. de actione mandata contraria.

Hinc est, quod licet ordinariam habent jurisdictionem, imò opinione nonnullorum delegatam. Ausserius de potestate Ecclesia super Laicis num. 27. vers. 35. Spec. de instr. edit. §. restat. vers. sed quis potest. Notarium creare possit, etiam Laicum in causis Ecclesiasticis coram se vententibus. Hostiensis in summa de fide instrum. num. 7. Abbas cap. decernimus num. 14. de iudicis. Non tamen nisi sit bona famæ & legitimo matrimonio procreatus. Piacensis in practi. Episcopali cap. 4. artic. 1. num. 40. fufus in aurea armilla verb. rabellio num. 3. Anchar. tract. potest. Pape. alioquin ejus actus fides non haberetur. Alex. conf. 8. vol. 2. Marfilis sing. 273. quod limitarem, nisi esset bona famæ & solitus ad eum haberi recusus. Barib. l. eadem num. 3. & 4. ff. ad l. in l. repetundarum. Quid autem de notario excommunicato. vide remissive apud Bartholum dicto loco num. 5. Deinde licet iudex quilibet ordinariam & delegatam habens jurisdictionem, possit sibi el gere nuntios & apparitores per quos jus possit administrare. gloss. & Bald. & quando iudex l. 2. C. de sportulis. ita tamen dum modò viles & infames non assumant, Nicolaus Runicernus de officio commissarii

in gloss. & verb. assumendo verum fol. 13. Abbas cap. 1. numer. 33. vers. an autem, ubi etiam Ripa num. 90. ver. si limina de iudicis.

QUESTIO DECIMA. SEXTA.

An à Conservatoribus cadat appellatio & ad quem.

SUMMARIUM.

- 1. A Conservatoribus iuris scripti non appellatur, nisi adferatur causa obfuscaans notorium, aut inhibito superioris aut causa rationabilis.
- 2. Appellari non potest nisi à gravamine usm habente diffinitiva.
- 3. Appellandum à Conservatore deputato à S. Sede ad Papam, nisi legati Papa aliud habeant in facultatibus.
- 4. Subconservatorum potestas, & ad quos ab eorum sententiis sit appellandum.

Dico primo. A Conservatoribus deputatis in terminis iuris scripti, qui tantum cognoscant de notoriis, appellari non posse. gloss. cap. 1. de offic. deleg. in 6. Abb. cons. 100. num. 3. & 4. pari. 1. Cardinalis Tuscus in suis conclusionibus verb. Conservator num. 6. Sylvester in summa eodem verbo num. 3. Quia in notoriis appellari non potest. cap. cum sit Romana §. fin. autem, cap. perveni, cap. consensit de appell. in 6. late Farinac. in pract. crim. quest. 21. num. 117. Maranta de ord. ind. pari. 6. act. 2. in decisoriis num. 282.

Limita 1. nisi adferatur causa obfuscaans notorium. gloss. cap. Romana §. si autem verb. mandetur & ibi doct. precipue in Monach. num. 13. de appell. in 6. Franc. cap. cum speciali §. porro numer. 7. de appell. Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 3. §. 21. n. 118.

Limita 2. nisi sequatur inhibito superioris, DD. d. cap. Romana §. si autem Covarr. rru. pract. quest. c. 15. num. 1. & c. 23. num. 5. vers. 2. conclusio. Farin. d. quest. 21. num. 121. aut appellacioni adiciatur causa rationabilis. Marant. d. n. 282.

Limita 3. in notorio probationis. Lancelott. de attentatis cap. 12. limit. 9. n. 22. Far. d. quest. 21. num. 124.

Limita 4. in notorio per famam. Lanc. d. lim. 9. n. 22. Far. d. 9. 22. n. 125.

Limita 5. quando quis condemnatur uti de re notoria, secus si simpliciter condemnaretur, nam tunc condemnatus appellare posset, & iudex appellacioni deferretur. d. cap. Romana §. si autem, Salicet. l. ea quidem col. fin. C. de accusationibus, Far. d. loco n. 126.

Limita 6. Licet appellari nequeat à diffinitiva super notorio, poterit tamen appellari